



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theodōritu Episkopu Kyru Kai Eyagriu Scholastiku  
Ekklesiastikē Istorìa, Eklogai Apo Tōn Istorion  
Philostorgiu Kai Theodōru**

**Theodoretus <Cyrrhensis>**

**Mogvntiae, 1679**

XVIII. De motu adversus sceleratum Anatolium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14162**

tigerunt, quæ utramq; urbem non mediocriter commoverunt, & in maximas turbas conjecerunt: Initium quidem fortita ex zelo Dei, finem verò prorsus Deo dignum confecuta. De quibus jam aggrediar dicere.

## CAP. XVIII.

*De motu adversus sceleratum Anatolium.*

**E**RAT tunc Antiochia Anatolius quidam, vir initio quidem unus ex plebe, & ex sellulariis opificibus; sed qui postea ad Magistratus & ad alia munera nescio quo modo irreperat. In ea igitur urbe degens, quæ tum habebat negotia administrabat. Ex quo factum est, ut maximam familiaritatem contraheret cum Gregorio illius urbis Antistite. Quippe illum adibat frequentissimè, partim ut cum eo colloqueretur, partim ut ex crebra ejusdem conluctudine majorem sibi auctoritatem conciliaret. Hic aliquando diis sacrificasse deprehensus est. Cumque eo nomine in judicium vocatus esset, inventus est sceleratus ac præstigiator, & innumeris flagitiis cooperatus. Verùm Comitem Orientis corrupit pecuniâ, parumque abfuit quin dimitteretur unâ cum focis: habebat enim alios ejusdem farina homines, qui simul cum ipso comprehensi fuerant: nisi populus insurgens, gravi seditione excitata id consilium discussisset. Sed & contra ipsum Antistitem vociferabantur, eum quoq; illius consilii participem esse clamantes. Turbulentus etiam atque exitialis quidam demon nonnullis persuaserat, eum detestandis sacrificiis unâ cum Anatolio interfuisse. Hac de causâ Gregorius in extremum discrimen adductus est, cum populus gravissimas in illum impressiones fecisset. Atq; hæc suspicio tantopere increvit, ut Tiberius quoq; Imperator ex ipsius Anatolii ore veritatem discere voluerit. Jussit igitur ut Anatolius cum focis ad urbem Regiam confestim perduceretur. Quo comperto, Anatolius ad imaginem Deiparæ quæ fune appensa erat in carcere, procurrens manibus post tergum circumplicatis, supplicis atque orantis speciem palam exhibuit. At illa hominem detestata, & sceleratum Deique hostem coarguens, faciem suam penitus retrò avertit: spectaculo plane horrendo, & sempiterna memoria digno, quod ab universis,

**A** ἄπερ ἀμφότερας ἀνείλερα, & ἐς μέγιστον θορύβον ἐξέβαλον, χευσε, τὴν ἀφορμὴν ἐν τῇ Ζήλῃ λαχόντα, καὶ πέρας θεοπρεπῆς δέξασθαι, ἀκλίεξων ἀρχομαι.

Κεφ. ιη΄.

Πρὸς τῆς ἑπταστάτου, ἡ καὶ ἡ ἐναγὴ ἀνατόλιου.

**A**ΝΑΤΟΛΙΟΣ τις, πρῶτα μὲν εἰς τὴν πόλιν ἑλθὼν τε καὶ Ἐπιδικίων κατασκευαστὴς ἔργων ἢ δὲ χαρῆς τε καὶ ἑτέροις πρᾶγμασι, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπεσφρήσας ἑαυτὸν, ἀνατὼν θεοπολιῶν τὴν διάβασιν εἶχεν. ἔνθα καὶ διὰ τὴν ἐν χερσὶ πρᾶγμα ἀξίαν ὡν καὶ συνήθη μάλισα γρηγορίῳ γενομένη τῆς αὐτοῦ πλεως ἀπεδέρα, συγγὰ τε πρὸς αὐτὸν ἐφύλαξε τὰ μὲν, καὶ πρᾶγμα διαλεξάμενος. τὰ δὲ καὶ μέγιστον δυνάμιν ἐν τῆς πρὸς αὐτὸν ἀρχιεπισκοπίας μὲν μὲν. οὗτοι Ἐπιθυσιῶν ἦσαν, καὶ πρὸς ἐνδύνας κληθεῖς, ἐφωρέθη Ἰσαγίας, καὶ γόνος, ἔς μνηστοὺς ἀποπήμασι διελθόντων. Ἰσωνεῖται ἢ τὸν τῆς ἐπίσκοπας ἡγεμόνον καὶ μικρὰ ἀν' ἀφαιθῆ σὺν τοῖς ἀμφοῖν αὐτοῖς εἶχε γὰρ καὶ ἑτέροις ὁμοθετοῦσι, οἱ συνήθησαν εἰ μὴ γε ὁλεως ἀνασας, καὶ πάντα κυκλῶσας, τὸ σκέμμα δέελυσεν. ἐπεβόων ἢ καὶ τὴν ἱερείῳ φάσκοντες καὶ αὐτὸν κοινοῦσαι τὴν βουλὴν μάλισα. ταραξίας δέ τις καὶ ἀλήθειαν δαίμων ἀνέπεισεν ὄντως, ὡς καὶ θυσιῶν σὺν ἀνατολίῳ παρενέβαλεν. ἐν δὲ τῷ καὶ πρὸς ἕναλον ἦλθε κιδύνη γρηγορίῳ, ἐφ' ὅδ' ἡμεγαλὼν καὶ αὐτὰ πρὸς τὴν δήμε γρηγορίῳ. καὶ τοσοῦτον ἦρθη τὰ τῆς ἑπταστάτου, ὡς καὶ βασιλέα τιβέρειον ζήτησαι τὴν ἀλήθειαν διὰ τῆς ἀνατολίας φωνῆς ἐκμαθεῖν. καὶ δὲ τὸ καὶ ἀνατόλιον καὶ οὗτοι ἀμφοῖν αὐτὸν τὴν βασιλέως τάχιστα καταλαβεῖν. ἄπερ ἐργασίας ἀνατόλιον, ἐπὶ τινὲν εἰκόντων τῆς θεοτόκου καὶ τὴν εἰρήλιν καλωδίῳ αἰωρημένης, ἐποθεταμένων, ἔς ὀπίσω τὰ χεῖρας ἀεισερένας, τὸν ἐκταθόντα καὶ δέον μὲν ἀπήγειλεν. ἢ δὲ μυσταγθεῖσα ἔς τὸν ἐναγὴ καὶ θεομισθὴ διελέγησασα, τέλειον ἐν τῷ μπαλιν μέλεισραφῆ, βασιμα φελκῶδες, καὶ τῆς αἰε μνήμης ἀξίον ὅπερ ἔστι

πάντων τῶν τε ἐμφορευίων, τῶν τε αὐτῶν  
 φυλακῆν αὐτῶν καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν πεπεσυσμέ-  
 νων ὄραθεν, τοῖς πᾶσι διηγήθη. ὡρᾶθη ὃ  
 καὶ ὑπαρποι τῶν πιστῶν, παρατεύχασα καὶ τὴν  
 ἀλάστορον, Φάσκασα τε τῶ ἀυτῆς ἡψὸν τὸν  
 ἀναβλῶν ἐνυβείσαι, ὡς ὃ καὶ τῶν βασιλέως  
 ἠχθη, πᾶσαν τε αἰκίας ὑπεροβλῶν ὑπο-  
 στας, εἰδὲν ὅλως καὶ τὴν ἱερέως ἔχεν εἰπεῖν, μη-  
 ζῶν κακείσε θορύβων, καὶ πανδήμω εἰσεως  
 αἰσθητῆ πόλεις τῶν ἀμφ' αὐτὸν γέγονεν.  
 ἐπίων γὰρ αὐτῶν ψῆφον δεξαμένην ἔξοσρακί-  
 ζεσαν, ἐμὴν ἀναρῶσαν, θεώτινι ζήλω πυ-  
 ρωθεὶς ὁ δῆμος, ἀπαντα διέσραπεν, ἀγρι-  
 αίων τε καὶ χαλεπαίων. ἔτις μὲν ἐξοσρακι-  
 δεύσε ἀναρπάσας, ἀκαλίω τε ἐμειβάσας,  
 πυρρῶν παρῆδωκε, ἔδῃ καὶ τῶν ψῆφον  
 ἐξενέγκαι. καλεβόων ὃ βασιλέως καὶ δι-  
 τυχῆ τῆς ἱερέως, ὡς τῶν πῖνι παρῆδον-  
 των, διὰ καὶ διαχρησάσθαι τὸν διτύχιον ἐμελλον,  
 καὶ τῆς τῆν ζήτησιν ἐμπεπεσυσμένως, πάντη  
 παρῆδοντες, καὶ τῆς ἀνεροδυνάμιοι, εἰ μὴ γε  
 καὶ πάντων σωτῆρα παρῆδοντα, ἐκείως μὲν ἐκ  
 τῶν ζήλων ἀνῆρπασε, τὸν δὲ θυμὸν ἔτοσ-  
 τε καὶ ἀκαλῶ σμικρὸν κατήνωσε, μηδένος ἐκ  
 χεῖρῶν ἀποτήμαθ' ἠρομένε. καὶ αὐτὸς ὃ ἀ-  
 ναβλῶν θηλείως παρῆδοντες τὸ ἀμφιδέα-  
 τρον παρῆδοντες, καὶ παρῆδοντες τὸ σῶμα πα-  
 ραχθεὶς, ὑστερον ἀνεσπολοπίδην, εἰδὲν ἔτος  
 τῶν ἐπιπῶντα ποινῶν λύσαν διέσραπθαι. λύκοι  
 γὰρ τὸ μισροὶ αὐτῶν σῶμα κατὰ γαγόντες, ἐχ-  
 ἰσροθῆν πᾶσι παρῆδοντες θοόνω διενείμαντο. ἦν  
 δέ τις τῶν παρῆδοντες ἡμῶν, ὅς καὶ παρῆδοντες ταῦτα ἠρομένε  
 εἶπε κατὰ ὑπνῆς ἰδεῖν, ὡς ἠκαὶ ἀναβλῶν ψῆ-  
 φου καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν, τῶ δῆμῳ εἰδοθῆ καὶ  
 μέγας δέ τις τῶν βασιλικῶν οἰκῶν παρῆδοντες  
 ἠρομένε μάλα τῶ ἀναβλῶν ὑπερασπίζων,  
 ἐρηκτῆ θείασαδὲς τῆν θεοκόον λέγεσαν, μέχει  
 πῆ ἀνέλεχθαι ἀναβλῶν, ἔτος ἐς αὐτὴν τε καὶ  
 τῶν αὐτῆς παῖδα ἐνυβείσαι. ἔταῦτα  
 μὲν, ἐληξεν ὡς εἶ.

Atam qui in carcere inclusi detineban-  
 tur, quam iis quibus Anatolii & socior-  
 um custodia comissa erat, visum, o-  
 mnibus renuntiatum est. Apparuit eti-  
 am interdum Deipara nonnullis Fide-  
 lium, incitans eos adversus pestem il-  
 lam; & filium suum ab Anatolio con-  
 tumelia affectum esse dicens. Ubi ve-  
 ro Constantinopolim perductus est, &  
 gravissimis tormentis exeruciat, ad-  
 versus Gregorium Episcopum nihil  
 prorsus habuit quod diceret, majorum  
 adhuc motuum & publicæ seditionis  
 ipse unâ cum sociis, in caute auctôr  
 exstitit. Nam cum nonnullos eorum  
 in exilium mittendos esse, non autem  
 capite plectendos pronuntiatum fuis-  
 set, populus divino quodam zelo suc-  
 census cuncta permisit, indignatio-  
 ne percitus & efferatus. Cumque eos  
 qui exilio damnati fuerant corripisset,  
 lembo impositos, injecto igne vivos  
 concremavit, populo hanc in illos fe-  
 rente sententiam. Contra Imperato-  
 rem quoque, & contra Eutyrium ipso-  
 rum Episcopum vociferabantur, tan-  
 quam fidei proditores; paratique erant  
 Eutyrium interficere, & eos quibus  
 causæ hujus cognitio madata fuerat;  
 quos ubique circumeundo investiga-  
 bant: nisi divina providentia omnium  
 conservatrix, istos quidem ex quæren-  
 tium manibus eripisset; tantæ verò  
 multitudinis furorem paulatim sedas-  
 set, ita ut nullum atrox facinus populari  
 violentia perpetratum sit. Potro ipse  
 Anatolius in amphitheatro bestiis ob-  
 jectus, & ab iisdem laniatus, postea  
 cruci suffixus est. Sed ne sic quidem  
 suppliciorum quæ hac in vita sensit, fi-  
 nem est sortitus. Lupi enim impurum  
 ejus corpus cum ex cruce detraxissent,  
 quod quidem nunquam antea visum  
 fuerat, vorandum inter se diviserunt.  
 Quidam etiam ex nostris, antequam  
 hæc fierent, affirmavit, vidisse se in  
 somnis, quemadmodum adversus Ana-  
 tolium ejusque socios sententia à po-  
 pulo lata esset. Ad hæc illustris quidam  
 Imperialium domuum Præpositus, qui  
 Anatolium acerrime defendebat, vi-  
 sam sibi dixit esse Deiparam dicentem,  
 quo usque tandem defenderet Anato-  
 lium, qui tum ipsi, tum Filio ipsius, tan-  
 tam contumeliam irrogasset. Et hæc  
 quidem ejusmodi exitum habuerunt.